

Gregorius Nazianzenus Joseph Wurtzler

Divi Gregorii Nazianzeni Oratio De Incarnatione Salvatoris, Latino Sermone Explicata. Accessit Brevis Commemoratio Historiæ Iohannis Euangelistæ, Scripta A Iosepho VVurtzlero

Wittenberg: Johannes Crato, 1559

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1822146461>

Druck Freier  Zugang





54. 5. J. A. B. H. 4

IN DIEM ANNUNCIATIONIS
MARIAE, ELEGIA
GRÆCA, quæ enumerantur
ordinæ pleraq; memorabilia
miracûla et beneficia dñi,
nitûs hūmano generi ostensa
ab initio mūdi, ad messias
passionem XXV die Mensis Martij.

Scripta,

AD ILLŪSTRISSIMUM PRINCIPEM
et dominum, S. IOHANNEM
ALBERTUM, Ducem Megapole-
sium, principem Vandalorum
Comitem Suerinensem, dominum
Rostochiorum et Starogardiorum
dominum ac Moxenatensem suum
clementissimum.

Fe-1013. AVTOR e.
M. Josepho Wirtzler.

ΕΛΛΕΓΕΙΑ,

Ἑλληνικὴ εἰς ἕτερον φθίνον,
Τοῦ Μουνυχιῶνος. Περὶ
θαυμάτων οὐρανόθεν ἐν αὐτῇ
τῇ ἡμέρᾳ ἀπὸ θεοῦ δειχθέντων,
αὐτοσχεδιασθεΐα. ὑπὸ
Ἰωβηπαδοῦ τοῦ Ριζίου.

Δόξα θεοῦ μελέτω ἰνητῶν φρεσὶ αἰὲρ εὐόντος
Χρὴ δ' ἡμᾶς αὐτῆ σοφαίλα ἔργα βλοπιῶν
Ἡδὲ θεοπαρευσοῦ γραφῆς, μυσηρι' ἐρευτᾶρ
Τῷ κάτ' ἐπουρανίῳ αὐτῆ ἔθνη μοβύνω.

Δεῦτ' οὐρ ὦ σοιοὶ Χρισοῦ μαθητῶν Ἰησοῦ
Δεῦτε, λαὸ ἡμετέρους ἐν φρεσὶ θεοῦ λόγους.

Ἡμῖν δ' ἀγνοῖάνη καὶ φιλιάνη ἡδὲ εὐορτή
— πᾶσιρ ἀπὸ κραδίης εὐσέβειουσιρ ἐοί
ἔργα γὰρ ἐαλοδοῦτης κείνῳ ἐνὶ ἡμᾶδ' ἐρεψεν
θαυμάς' οὐρανιαὶσ φραδμοβώνησι, θεός.

Fe-1013

Ἦδη δ' ἔα θεόφιλον βένδην ταύτην ὑμῖν ἀείβω
ἀόματος ἐν ἱεροῖς ἡμετέροιο νόμοις.

CREATIO HOMINIS

LAPSUS HOMINIS

PROMISSIO EVANGELII PRIMA.

Πρῶτον, ἐπὶ ὁ θεὸς γῆς πέρι παλά, ἐν ρουθείας
Ἦδὲ ἄλλοις πολλῶν ἰχθυόεντα βάθην,
Ἦδ' ἔπειτα κλυτὸν δῶμα οὐρανοῦ ἀσερόεντος
καὶ κόσμου μετέπειτ' ἐξετέλεσεν ὅλον.
Ῥοῖνο' ἀνθρώπων ζαθέας τῶν δ' ἡματι χερδῶν
ὄρτινα νημερῆν οὐ θέλων εἰκόν' ἔμειν.
Ἀνθρώπος δὲ θεὸς μέτοχος βολίμης τότε ἦεν,
καὶ αὐτῶν ἐλευθερίης, Ἦδὲ δικαιοσύνης,
ἀντίπα δὴ νόσην, ὅτι οὐτῆσδ' ἐμμορε τιμῆς
Νωδεμείως Σαλατῶν μαῖτε χαλωβά, τῆσος.
καὶ ἀνθρώπων πεῖθεν ζαθέης ἀμελῆσιν ἐφείρης
Μυρίατε θνητῶν πῆματα τεύξε γένει.
Ἦδ' ἀρχὴν ὀδῶν, καὶ οἰζύος ἐσὶν ἀπάβης
Ἦδ' ὀλεῖν ἡ χθῶν Ἦδὲ θάλασσαν πέλει.

Ἐνθεν δειλοῖσιν τάχα ἠλυθοῦσ' ἀνθρώποισιν
πανδαμάτωρ λυγρὸς ἢ θανάτοιο βίη,
καὶ περὶν γῆρας, λοιμὸς καὶ λιμὸς ἀταρτήσ
δακρυόεσσα μάχην ἀνδροφόνοι' ἐριδεῖς.
Πουβόι' ἀργαλίᾳ ἐνὶ παρλάρῳ ὄκρυον ἔτι
ἄλγε' ἐπερχόμενον ὄνδερ' ἔχοντα τέλος.
Ἀντίδοτον δὲ θεὸς Πῶ δ' ἔλασι φάρμακον εὐρεῖ
Ἐξαπίνης εἰδῶι μῆδεα πύαν' ὄφραως.
Ὀκλυμένοις δὲ πατρὶ καί περ κατέτευθε χολύκῃ
δώσειν ἐλμαρῶσ' οὐρανῶσ' ἀντίλυτρον:
τοῦ βωτῆρα βροτῶν καὶ ὀλβοδοτῆρα λυτρώτῃ,
νακηλώτ' ὀλέθρου λευγαλέοιο μόνον.
Φύλα βροτῶν χλίσθη καὶ αὐτίκα τοῖσδε πεβούβιν
συγγνώμης ὁ θεὸς δείξερ' ἐσαγγελίω.

ΜΟΡΣ ΣΑΝΚΤΙ ΑΒΕ,
ΛΙ ΕΥΙ ΠΡΙΜΙΥΕ ΙΥΣΤΙ
ΓΙΣΑΤΥΚ ΣΟΛΑ ΓΙΔΕ.

Ἡματι τῶ δ' αὐτῶ ὁ Χαιρ τὸν ἀδελφὸν ἐπέειπε
αἰ εἰδωλολατρῶν καρτερὸν ἐσὶ μένος
Δυσβεβέες δ' αἰεὶ ἔχθαιρουσ' ἐυεβηὶ ὄχλον
ὡς καὶ δεῦ Σαλανάς οὐδέ ποτ' ἐσὶ δίλος.
Πρεϊττωρ δ' ἐσὶ θεὸς βάσανά, δύναται γὰρ ἅπαντα
οὐδ' ὄφρα οὐτ' εἶη οὐ δόλος οὐδ' ἑβή.
ὡς μὲν θεοβεβεῖς ἀεβηὶ νιαῶν βίη ὀμιλοῦ
βῶν θεῶ καὶ γίανθ εὐχος ἔχουβιρ ἀεὶ
τοῖσ μὲν ζωουργὸς πῖσις χρυσόβιτε πάρεσιρ
ἄιερ ἐνὶ σοραχαῖσ δυσυχίασθε θεός.
Δυσυχέουβι δ' ἐπειθ' οἱ χέτλια ἔργα ἔρεξαν,
οὐδεῖσ γάρτ' ἀδικῶν, οὐα ἀπέτηθε δίαβω.
Πανχῶντ' ἐρ βοφίη ἀρετῆτε διαλοβῶντ' ἔ
καὶ θέλο τῶν εἰχρᾶ ἐρ καχότητι βίος.
οἱ δὲ βεβάζουβιρ πῖσει τῆ ζωοδοτεῖρα.
καὶ κραδῆντ' ἔργοις ὡ θελίμοιβι θεορ
ἐν πόβμου ταραχαῖσ παρ πολλὰ πεσόνθαβι λυ
δίπλονβιρ δ' αὐτῶν δάκρυα θερμὰ χαμαί. (τρά)

Ἄλλα θεός τα κλειότερα ἀπομόργυθ' ἐβαίει³
δάκρυα καὶ ἀν' ὄδων χάσματα πλεία δίδοι.

ΝΙΟΕ ΙΝΓΡΕΔΙ ΤΥΡ
ΑΡ ΣΑΜ

Νῦν καταβασαζομένην ἐβέβαιε λιθώτορ
Ἡματι τῷ δ' αὐτῷ τῆ ἰότητι θεῶ
Τορ δ' ἔφερεν πάντη ἀνέμων μένος ὑγρόν ἀέντορ
νῆατε πορφυρέορ κύμα πάλυτε θολῷ.
Τούδ' ἀδίκουσιν πάντας πάντερ κάσσιερ ἀλμυροσ
Μοίρατε λευγαλέεσ εἴλε μέλαινα μόρου. (ὕδαρ
ὦλεβέ μοι χείρα τότε καὶ εἶδω λαολατρεία
Ἡ δολόεσθα θροτοῦσ καὶ γλυκόσιμος ἔρωσ.

ΙΝΟΕ ΕΓΡΕΔΙ ΤΥΡ
ΕΧ ΑΡ ΣΑ

Ἄνθρώπων δὲ θεῶ ἐνὶ φρεσὶ μέμηλε δὲ καίων
ἀγνῶσ καὶ καθαρῶσ οἱ διάγουσι βίον.
Μοῦσ γάρ' αὐτοσ ἀεὶ καθαρῶσε καὶ ἀγνῶσ ὑπαρχει
Ἡ δὲ θυλάξ ἱερῆσ ἐσὶ δικαιοβύτησ;

Τού γενα, ρύσθη καὶ ἐπιλάτρηθος ἦλθε διαλαίω
θυμοβόροισι ὁ θεὸς Νῶε ἐν ἀμαλαλίαισ.
Ὅ γε περιολομένε εἶλεος τῶ δ' ἡματι αὐτῶ
Ὁφθαλμοῖσι πάλιν γαῖαν ἔρημον ἴδερ
ἦδὲ, ἀλιπλανέοσ' ἐξήνε Νῶε κιστωτοῦ
σὺν παῖδεσσι φίλοισ, κουριδίη' ἀλόχω .

ΜΑΝΔΑΤ ΘΕΟΥ ΑΒΡΑΗΑΜΟΥΤ
OFFERAT FRUCTUM SYNNI ISAACUM .

Ἀβραῆμον δ' ἐκέλευσε τῶ αὐτῶ ἡματι υἱὸν
βθάλλειν, καὶ ῥέζειν, ὡς λόγος εἶπ, θεός .
Μουνογενῆσ δ' ὑὸς πιστὸ Ἰσαάκος Αβραῆμον
Ἐλάωρ μουνογενοῦσ ὑεὸσ ἦε θεῶ ,
Ὁσ πῶθ' ὑπείρ ἡμῶν θατέειν, καὶ πῶθ' ἀσι,
βωτήρθ' ἡμέτερος μουτος ἐμελλερ ἔσθθ. (βωεῖν
Ὁ γὰρ βουδὶ θεὸσ θεραπεύεταγ εἰλι πῶδεβσιρ
οὐδ' ἡμασ βθάλλειν ἴφια μῆλα, θέλει .
Ἡ θυδὶν χρισὸσ παβῶν χαρμεσάτη εἶπ
οὐ πᾶρέχει ἡμῖρ αἵμα, διαλοβύνηρ .

CONCERTIO SALVATORIS NO,
ΣΤΑΙ ΙΕΣΥ ΣΗΡΙΣΤΙ.

Ἡ Ναζωραῖν λέιτα ἐν γῆ Γαλιλαίωρ
Χώρα, Ἰουδαίωρ λ' ὀλβίη ἐσὶ πόλις,
Ἡ Χι δὴ ἀγγήλιος καὶ ἀμύμων ναϊελάαβωρ
παρθένος αἰδία φίλτατη οὐβα πατρί.
Πρὸς τὴν οὐρανόθεν Γαβρίηλος ὁ ἀγγελιώτης,
ἀέμωτα ἐξερέωρ τῆ δε θεοῦ λόγον:
Ὅτι θεὸς γόν τοῦ πνεύματος ἐξ ἀγίοιο,
βυλλήθεσ' ἀγγή μέλλε μένουβα κόρη.
καὶ βωτῆρα βροτῶρ χρισόν τέξεσθα ἀληθῆ,
εἰσὶ δε καρτίσω ράδια πάντα πατρί.
Ἡ μάτι δ' εἰρ αὐτῷ τόδε θαῦμ' ὡς ἴδμεν ἐγενέτο
τοῦ τε κα. γηθοβύτοις χαίρεμνι ἀμμι πρέσει.
οὐκ ἐπιλήθεσθα τοίωρ εὐεργεβίαωρ
χρῆ, κλείειρ δ' ὑμνοῖς ἀγλαα δῶρα θεῶ.
Ἡ μετέρου βροτέω ὑπεδέξατο βώματος ὑλῶ
ὡσε μεταλλάττειρ ἢ πατρί φύλα βροτῶρ.

PASSIO DOMINI NOSTRI
IESU CHRISTI.

Ἄλλοτε θαῦμα ἐγὼ μέγα καὶ σφίσι ἄπιστος αἶβω
Ἦδ' εὐδαιμονίης μνησόμενος ἡμετέροισι
ὡς ἐνὶ τῷ αὐτῷ καλομηχάνῃ ἡμῶσι βουλαῖς
Χρῖστος σαυρωθεὶς ἐξετέλεσε βίον.
καρτίως δ' ἐχθροῖσι μαχεσάμενος δυνάμεις
ἐν ἀντὶ Χρῖστος δημοσίῃ θανάτῳ.
ἀρξάμενος δὲ θανάτῳ οὐ πώποτε λήξε πόροιο
Χερσὶ βίβω μεγάλῃ ἐν κρατερῆσιν ἔχωρ.
καὶ θανάτῳ τῷ εὐθάνατον βροτολογὸν ἐλτείνον
καὶ τίμησ' ἐχθροῦ ἀνδροφόνου κρατοῦ.
Ἦμεῖς δὲ Χρῖστῷ πονητοὶ νικητῆς ἐώμεθα
ἀληθογόμοι πάντων καὶ φίλα τέχνα θεῶ.
Ὁργισθεὶς δὲ τὸ σφίσι θεὸς ὤλεσε φύλον ἀπίστον
Θυνητῶν, λευγαλέων εἶνεχ' ἁμαρτιέων.
Νῦν δὲ καθ' ἡλλάχθῃ μὲν ἀλίτροι αἱ μᾶτι πάντες
Ἦ δὲ πάθει Χρῖστῷ, πατρὶ χολωβαρμδίῳ.

Ἦσιος ἐστ' αὐθις κ' ἐλεήμων καὶ γλυκόθυμος
πᾶσι δι' ἧς ἀφείδ' αἴχος ἀμαρτηέων.
ὦλετο δὲ πᾶσι τὰ δυνάμεισε δαδουίνῃ
πνεύουσι πνευρ καὶ θανάτοιο βίη,
κλείσθη δ' εὐβεθέεβι λυγρῆ αἴδαο βέρεθρον
ὅτ' ἄνέωγε πᾶρος δεινὴ ἀλιτροβίη,
ἀμμι δικαιοβίη τῆ λυτρωτᾶο πᾶρεση,
ἀντι βόλοισι ἡμῶν φῶς ἀνέτειλε θεῶ.
Χρῖσος ὁ δὸς τελέθει εἰς οὐρανὸν εὐρυρ' ἀγαυά,
Χρῖσος καὶ τὸ φῶς εὖ καὶ ἀεὶ παρέχει.
Χρῖσῶ φάσμαρ' ἀδωρην, ἔοι χρῖσῶ δέ τ' ἔπαινος
δόξατε ἀθάνατος καὶ κλέος αἰὲρ, Ἄμην.

CONCLUSION

Νεωίδε ὑψηλὸν ποτὶ οὐρανὸν αὐτοῖς ὄρεγνῆς
Χειρὰς ἐμας μεγάλας εὐχουμας ἦε θεῶ,
ὣ βέλτισε ἀναξ, ὣ πᾶσι τωρ βώτερ' ἀλιτρωῶν
Ἡ δε λυτρωτᾶ βροτῶν ὄχθιε, κλύθι χιτῶν.

ὦ πάνυ λήθαρον Ἰηβῆ ἀπανθασμῶ ἠδὲ χαλατήρ
καὶ εἰ κῆρ τοῦ σοῦ ἀϊδίσιου πατρὸς.
ὦ δὲ δὸς ἐν κόβρω ὀλίγω καταλύματα λαῶν
ἠδὲ δύλατ' ὄχλου λήθανα μικρὰ θεῶ.
Ἡμῶν δ' ἱερματοῦν καὶ ἡμῶν ἰδοι Μιχαήλ,
ἰδοι μέθ' ἡμῶν καὶ δουρμενέεσσι μάχου.
Ἐντ' ἀιγλήεντος μακροῖσι παρὰ θου ὀλύμπε
Ἡμῶν ἴω ζωῶν δώματα οὐρατίω.
Σοὶ δ' ἐνι γῆρι τριβαῖβερ ὑποσάβεβερ βόθω εἰπ
δὺν πατρὶ ἠδ' ἀγίω πνεύματι δοξα θεῶ.

Τ Ε Λ Ο Σ .

Rostochij'.

Απὸ 1559

Μετὰ Μακρίο.

DIVI GREGO
RII NAZIANZENI ORA
TIO DE INCARNATIONE SAL
VATORIS, LATINO SER
MONE EXPLI
CATA.

ACCESSIT BREVIS COMMEMO
ratio Historiæ Iohannis Euange
listæ, Scripta

A
L IOSEPHO VVURTZLERO.

VITEBERGÆ
EXCVDEBAT IOHANNES
CRATO.

ANNO, M. D. LIX.

Fe - 1073.

DIVI GREGORII
PAPAE MAGNI
IN EVANGELIIUM
MATTHEI
COMMENTARIUM
VOLUMEN PRIMUM

ACCESIT BRUNNII COMMENTARIUM
IN EVANGELIUM
MATTHEI



ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC
DOMINO, DOMINO IOHANNI ALBERTO, DVCI
Mechelburgensi, Principi uetustę gentis Henetę,
Comiti Suerinensi, Domino Rostochij
& Stargardię, Domino cle-
mentissimo, S.

Celebramus hodie eundem diem Festum, quem
primi Parentes celebrarunt, cum ex æternis
ærumnis respirassent, audita uoce diuina, Semen
mulieris conculcabit caput serpentis. Ut autem
eum rectę & pię celebremus, seiungamus nos ab
impjjs, Ecclesię & Dei hostibus, qui non tantum
eum negligunt, sed & insuper horrenda conui-
cia, & diabolicas blasphemias, in Filium Dei iaci-
unt & euomunt, ut sunt Mahometistę, Iudei, Tur-
ci & innumeri alij Satanę mancipia, qui neq; no-
runt hunc dominum, neq; eius beneficia agno-
scunt, neq; oblata accipiunt. Cæterum nos & ho-
die & omni tempore discemus & cogitabimus
hęc tria potissimum. Primum quis sit ille qui ab
initio missus sit ad Ecclesiam. Deinde quę nobis
exhibeat beneficia, Deniq; qua ratione eorum par-
ticipes nos fieri statuendum sit. Est autem hic
noster mediator æterna & substantialis imago Pa-
tris, ab æterno à Patre genita, ἡμοούσιος æterno Patri
λόγος ab initio missus ad Ecclesiam à Patre, ut pate-
faciat mirandum consilium de reparatione lapsi
generis humani. Neq; uero tantum doctor est,

A ij sed

sed etiam ex uirgine Maria assumpsit massam nostræ carnis, nulla infectam labe, ut esset noster Redemptor & Saluator. Quicumq; igitur hæretici, quocumq; modo aliter de Filio Dei sentiunt, infinita blasphemia afficiunt Deum, ac non tantum seipsos æternæ felicitatis spe priuant, sed & alios innumeros in æternum conijciunt exitium. Tales sunt Ebion, Cerinthus, Arius, qui negant Christum esse Filium Dei, ὁμοῦσιον Patri, & alij, qui ipsum aut phantastico corpore, aut corpore inanimato induunt, quæ omnia si quis rectè apud animum contempletur, toto pectore meritò horreat & expauescat: Sed solet Diabolus, qui ab initio est mendaciæ artifex & homicida, ad euertendam gloriam Dei, suiq; regni stabiendam potentiam, impia ingenia ad eiusmodi falsa dogmata spargenda incitare & impellere: Ab his abhorreamus, oremusq; Deum, ut clementer ueritatem in nostris cordibus Spiritu suo sancto confirmet & obignet. Porro beneficia Mediatoris sunt expressa Iohannis i. Lex per Moysen data est, Gratia & Veritas per Iesum Christum facta est, hoc est, Filius Dei donat nos remissione peccatorum, & nos non pereuntibus beneficijs afficit: Abolet peccatum, reprimit uires Diaboli, eripit nos ex faucibus inferni, intercedit pro nobis apud Patrem, impetrat nobis apud eundem gratiam, dat remissionem peccatorum, iusticiam, Spiritum sanctum

Etum & uitam eternam, in qua, restituta uera ima-
 gine Dei uicissim, Deus erit omnia in omnibus.
 Et si autem consilium diuinitatis, cur oportuerit
 esse duas naturas in Mediatore in hac corrupta
 natura & humani ingenij imbecillitate nequaquam
 introspicere possumus; tamen pie de sapientia di-
 uina & sobriè cogitemus, eamque admiremur, do-
 nec ad eternam scholam in qua nos ipse Filius Dei
 coram docebit accedamus. Homo est media-
 tor, ut homo, qui peccarat, poenam sustineret, neque
 etiam solus λόγος iusticiæ Dei satisfacisset, nisi et sus-
 tinuisset poenam, quam eramus meriti. Ut au-
 tem sustineret eam induit naturam humanam, ut
 scilicet crucifigi & mori posset, & sic pro nobis de-
 bitum λύτρον persolueret. Deus autem est Media-
 tor, quia necesse erat ut is qui inter hominem &
 Deum ageret, utriusque mentem nosset. Solus uero
 Filius Dei accedit ad sanctum sanctorum & no-
 uit mentem æterni Patris. Præterea cum esset
 Ecclesia colligenda Liberatori generis humani,
 eaque exaudienda & ubique locorum seruanda ad-
 uersus insidias & tyrannidem Diaboli, hoc officium
 nulli creaturæ conueniebat, sed tantum soli Filio
 Dei: In hanc sententiam scripsit & diuus Ire-
 næus, cuius hoc dictum Theodoretus in A syn-
 chyto suo commemorat,

ἔνωσεν δ' αὖ καθὼς προσέφα μὲν τὸν ἀνθρώπου ἕως θεῶ. εἰ γὰρ μὴ
 ἄνθρωπος ἐνίκησεν τὸν ἀντίπαλον τῷ ἀνθρώπῳ, οὐκ ἔρ δικαίως

A iij ἔπι

Ἐνίκηθη ὁ ἐχθρὸς. πάλιντε εἰ μὴ ὁ θεὸς ἐδωρίσθητο τῶν σωτήριον,
οὐκ ἄρ' βεβαίως ἔχομεν αὐτῶν, καὶ εἰ μὴ σωλυώθη ὁ ἄνθρωπος τῷ
θεῷ, οὐκ ἄρ' ἠδωκῆθη μεταχῆρ ἡ ἀφθαρσία, ἔδει γὰρ τὸν μεσίτην
θεῶν, ἢ ἀνθρώπων διὰ τὴν ἰδίαν πρὸς ἑκατέρους δικαιοσύνην εἰς εὐλίαν,
καὶ ὁμόνοιαν τοῦ ἀμφοτέρων συναγαγῆναι. καὶ θεῷ μὲν πρὸς ἡμᾶς,
τὸν ἄνθρωπον, ἀνθρώπων δὲ γνωρίσαι τὸν θεόν. Postremum

est quomodo applicanda sint nobis beneficia: id
autem fit sola fide, qua amplectimur totam Eccle-
siae doctrinam, & in reliquis articulis hunc, quod
habeamus gratuita beneficia eterna filij Dei, quod
propter eum & per eum recipiamur in aeternae ui-
tae commercium, sicut scriptum est, iustus ex fide
sua uiuit. Item, iustificati fide pacem habemus erga
Deum. Haec eadem doctrina tota, cum passim
in sacris literis, tum praecipue in Psalmo Secundo
comprehensa est, dicitur enim quis sit Rex, uideli-
cet Filius Dei à Patre genitus, exprimit & ipsius
officium quod sit Rex constitutus super montem
sanctum Sion, qui praedicet decretum Domini,
denique applicatio beneficiorum ostenditur in hoc
uersu, Osculamini Filium, & beati omnes qui con-
fidunt in eo. Quae omnia cum & complexus sit Na-
zianzenus, quem hoc mense in manus legendum
susceperam, uerti eius Orationem quae inscribitur,
εἰς ἡμέτερα σωτήριον, & breuem commemorationem
de Iohanne Euangelista subieci. Dedico autem
hanc meam operam T. C. Illustruissime Princeps,
quod inter summos Gubernatores hodie in asse-
rendis studijs pietatis & literarum te praecipuum
Mecæ.

Mecœnatem esse constet : Magnoperèq; tuam C.
rogo, ut & hoc meum studium non improbet, &
me sibi commendatum esse uelit, Iudicetq; pro sua
excellenti sapientia & eruditione quid deinceps de
me, meisq; studijs sperandum sit. Hactenus æger
rimè artibus & linguis, præsertim græcæ operam
nauaui, atq; paucis annis antè ad Medicam facul-
tatem animum adieci, in cuius latissimum cam-
pum (est enim Medicina immensum disciplina-
rum pelagus, non certè cuilibet obuium, nisi mul-
tis necessarijs rebus iuuetur) cum iam ingressus
sim, uideo mihi etiam præter alia neruos ad illam
continuandam deesse. Tuam igitur C. per pieta-
tem & sacras Musas obtestor, ut me in suorum cli-
entum numero esse uelit, meosq; hos conatus iu-
uet. Ego uicissim faciam ut si quid conferet in me
T. C. ad eam rursus redeat, ne inter illos nume-
rer, qui beneficia accipiunt quidem libentissimè
ac se tamen nullo gratitudinis uinculo obligatos
esse uolunt. B. V. T. C. Datæ Vitebergæ
die Natalis Filij Dei incoantis annum 1559.

T. C.

addictis.

Iosephus VVurtzlerus.

Ἀνδρὶ ἀρίστῳ, καὶ φιλοσοφικωτάτῳ, Ἀνδρείῳ
μυλήῳ ἐν πρᾶτῃ.

Πορίδες μυλίας ἀρετῶν ἡμῶσι μάλισα
ἀγλαὸν ἀνδρὶ εἶλω πηγῆς ἐλικωνίδος ὕδατος
δ᾽ ἔχει, εὐκλαῖαντ' ἀγαθῶν κῦδος ἐφέρειται,
ρώμης ἐν κρατορῆς καὶ ἑλλάδος ἐν λιγυφώνῃ:
ἦν πρὸ παιδείῳ ὁ μὲν εὐεπίλυτε δάκνεν.
ἦν γὰρ τοι ἐδέλῃς λάτιον ἑμῶν, ἀντίη ἀκρόσασθαι
ἠδ' ἡμελῆ ὀμφῶν κικέρωνος, ἑὰν δὲ σοὶ ἀττίς
γλώσσα εἶλη, τῆπερ σοεῖν τέχνητε μέμνηται,
αὐτῷ ἀπ' γλώσσης μέλιτος γλυκίον βέβαυθῃ.
ἀλλὰ θίος κῆρας σὺ πάλιν τίμησον ἄμοιβῇ
ἡμῶν εἶλα, τῷ ἰοσεφάνῳ εἶλα δῶρα κοράων
δυσυχέων. ὡς σοίγε θεὸς πάντ' ὄλβια δοίη.

ORATIO GREGORII NAZIAN-
ZENI IN THEOPHANIA VEL GENETH-
LIA SALVATORIS.

Celebremus Christū qui nascitur, ei qui coelitus
nascitur occurramus, cumq; Christus in terra
sit, ad superos eleuemur. Canite Domino omnis
terra, & ut utrumq; uno uerbo dicam, Latentur
coeli & exultet terra, & propter coelestem & pro-
pter terrestrem. Cum Christus nostra carne in-
dutus sit tremore & gaudio exultemus, illo qui-
dem propter peccatum, hoc uero propter spem.
Christus cum ex uirgine natus sit, meritò omnes
foeminae se uirginitati deuouebunt, ut matres fi-
ant Christi. At quis non adoret eum qui ab initio
est? quis non glorificet eum, qui omnium perfe-
ctiss.

ctissimus est. Iam denuo dissoluuntur tenebræ,
iam denuo reuertitur lux uera, iam denuo Ægy-
ptus caligine punitur, iam denuo Israel columna
illuminatur. Populus qui sedit in tenebris igno-
rantia intueatur magnum lumen cognitionis, an-
tiqua prætereunt, ecce iam omnia renouata sunt:
retrocedit litera, spiritus uero abundat: Transeunt
rerum umbræ, ueritas autem ipsa accedit, accedit
Melchisedech, qui matre antea caret, iam sine patre
nascitur, superatur ipsius naturæ cursus, ut cœle-
stis mūdus compleatur, Idq; cum Christus iubeat
ipsi nullo modo nos opponamus. Omnes gentes
plaudite manibus, puer, n. natus est nobis, & filius
datus est nobis, cuius principatus in humero eius,
(cruce enim ad summum fertur fastigium) & uo-
cabitur nomen eius magni consilij paterni uideli-
cet angelus. Nunc clamet Iohannes, Parate uiam
domini, atq; ego clamabo unā pro meis uiribus,
quoniam qui carne antea carebat incarnatus est.
Sermo nostram massam induit, qui erat inuisibilis
antea, conspicitur, qui attingi manibus non poterat
cōtractatur, qui initio caret, uiuere iam in mortali
natura incipit, Filius Dei ex homine nascitur, Iesus
Christus qui est heri & hodie & idem in omni tem-
pore. Iudæi ut uolent offendantur, derideant hoc
mirandum consilium Dei Græci, Hæretici bla-
sphemias, ut uolent ei aculentur, At se longissimè
aberrasse tum demum credent, quum eundem as-
cenden-

B cenden-

cedentem in cœlum conspicient, quod si tum
nōdum sapere discent, certè tum sero sapient, cum
eum reuersum è cœlo ad iudicium confidentem
conspexerint. Verum hæc in aliud differamus
tēpus, noster uerò dies festus Theophania aut Ge-
nethlia, utroq; enim eadem de re nomine dicitur,
apparuit enim Deus hominibus per natiuitatem
suam. Cum antea esset Deus & æternus ex æter-
no Patre, supra causam & sermonem (neq; enim
esse queat λόγος superior λόγος) iam postremò &
propter nos natus est, ut siquidem donaret nos ui-
ta eiusdem etiã felicitatem largiretur, aut potius
quoniam à felicitate peccato prolapsi eramus, ad
eamdem nos per suam incarnationem reduceret;
Theophaniorum uero nomen est quod ðs Deus
se ostenderit, & Genethliorum quod ðs homo na-
tus sit. Celebremus igitur hodie hoc festo emigra-
tionē Dei ad homines, ut & nos ad Deum emigra-
mus & reuertamur & ut dicam rectius, ut antiquo
homine deposito, nouum induamus, & quemad-
modum in Adam omnes mortui sumus, sic & in
Christo omnes uiuamus Christo, cum eo nati cru-
cifixi, sepulti & resurgentes. Oportet enim ut hæc
pulchra commutatio in me cadat, quemadmo-
dum ex optimo statu in tristissimum incidimus,
ita rursus ex tristissimo reuertemur ad optimum,
ubi enim abundauit peccatum, ibi superabundauit
gratia, si condemnauit nos gustus, quanto magis
passio

passio Christi nos iustificauit? Quapropter Festum celebremus non more panegyrico sed coelesti, non consuetudine mundi sed alia hanc excedente. Non illud nostrum, sed nostri seruatoris ac domini, non festum nostræ imbecillitatis sed curationis: non creationis sed instaurationis est. Sed qua ratione nunc diem festum celebrabimus? ne coronemus ianuas fertis, ne instituamus choreas, ne ornemus uias, ne delectemus oculos, ne auditum dulcedine carminum corrumpamus, ne olfactum effœminatis imbuamus odoribus, ne gustum cibis gratissimis inescemus, ne quid largiamur tactui: hæ enim sunt uix qua in peccatum ruimus. Ne nos efferamus uestibus mollibus & laxis, in quib. pulcerrimum est, quod nulli usui sunt. Ne gemmarum fulgor, auri splendor, colorum fucus aut aliud quiddam eorum quæ contra natiuam imaginem excogitata sunt, alienum in nostro corpore colorem mentiatur: nihil largiamur commensationibus & ebrietati, quibus cubilia & luxuria solent esse coniuncta. Quoniam malorum præceptorum, prauæ etiam disciplinæ sunt, ac uero potius malorum seminum mala est agricultura. Ne uoluptatum gratia altos construamus toros, Ne nimium faciamus uina odoribus præstantissima, obsonia delicatissima, preciosissima unguenta: Ne terra & mare nobis res uiliores pro preciosissimis uenditent, ita enim ego uoluptati studendum

B ij esse

esse iudico, ne alius alium intemperantia superare
enitatur, (ad hanc quicquid superfluum est aut
non necessarium refero) interim alijs esurientibus
& egentibus, qui ex eodem luto conditi sunt. Ve-
rum hæc Græcis relinquamus & Græcorum con-
uiujs & festis, qui affirmant Deos carniū nido-
ribus capi, & deinceps numen uentre colunt, mali
malorum dæmonum fictores, sacerdotes, & cul-
tores. Nos autem qui λόγῳ adoramus, si qua
in re nobis indulgendum est λόγῳ indulgeamus ex
lege Dei, eiusq; enarratione & reliquis, eq; præ-
senti panegyri uoluptatem hauriamus, ut uera sit
& non præcul accersita uoluptas, Aut si placet,
(sum enim uobis conuiujs instructor) de his uobi-
scum loquar cœlestibus conuiujs, ut splendide &
pie uiuamus, ut sciatis qua ratione alere possit ho-
spes indigenas, urbanos agrestis, in uoluptate ui-
uentes, qui uoluptate caret, opibus splendidos,
pauper atq; indigus. Sed inde initium sumam,
Vos date mihi purgatam mentem auditum &
cogitationes, ut ueris uoluptatibus gaudeamus,
quoniam de Deo dicimus, cœlestis & diuinus est
hic sermo, nec ociosus qui absolutuserit & breuis-
simus tamen, ut & nihil quod dicendum est omit-
tamus, & ne prolixitate uobis tædium afferamus.

Semper erat Deus, & est, atq; erit, potius uero
semper est, hæ enim particulæ, erat Deus & est,
par

particulę sunt nostri temporis, & mortalis nature,
Sed Deus est semper & hoc se nomine (Iehoua)
Moyfi in monte ostendit. Totum enim esse in
se comprehendit, quod & initij & finis expertus sit,
quemadmodum pelagus substantię immensum
& indefinitum, omnem excedens cogitationem &
temporis & naturę, Sola mente delineatur saltem,
idq; subobscurę & modicę, non ex ipsius substan-
tia sed ex circumstantijs, uno argumento ex alio
collecto, ad unam quandam ueritatis imaginem,
quę prius quam comprehenditur fugit, priusq;
cogitatur euanescit, ita in nostris cogitationibus
fulgens, hęc iam purgatis, ueluti fulgor celerrime
nostrum aspectum uerberat: ea de causa quemad-
modum mihi uidetur, ut hac ratione quod depre-
hendi aliquantisper potest, nos ad se trahat: (neq;
enim aut sperare aut apprehendere possumus quod
apprehendi nequit) quod non apprehendi potest,
in sui admirationem inuitet: post admirationem
desideretur: desideratum mundet, purgans nos
Deo similes faciat, & cum hæc fiunt, nobiscum ut
cum domesticis uersetur, nos sibi uniens & à nobis
agnoscatur. Infinitum est igitur Deus, & difficul-
ter cogitari potest: Idem ubiq; comprehenditur,
quod infinitus sit. Et quis existimet fortassis Deū
quod simplicis naturę sit aut planę incomprehen-
sibilem aut omnino comprehensibilem esse:
Iam quę res sit simplicis naturę inquiremus. Non

B iij enim

enim Deo naturæ simplicitas natura est, sicut nec compositorum natura ea est, quod composita sint. Infinitum uero cum duplici modo consideretur, secundum initium & finem (quicquid enim supra hæc est, & non in his, infinitum dicitur.) Cum mens ad elapsum tempus respiciat, nec uideat ubi consistat in cogitationib. de Deo; inde eum infinitū & expertem initij nominamus, quando uero ad futurum respicit mens, inde eū immortalē uocamus. Sed quando hæc utraq; cōplectitur eundem eternū uocamus. Sæculum, n. non est temporis pars cum mensurari nequeat, sed quod nobis tempus solis cursu indicatum, id ipsum eternis sæculum cum ipsidem ueluti quoddam tempus aut quidam motus temporis extentus, atq; hæc de Deo in præsentia dicta sint, Plura enim dicere locus non patitur, non enim iam disputationem de Deo explicamus, sed instaurationem generis humani. Verum Deum cum nomino dico Patrem & Filium & Spiritum sanctum, nec plures personas, ut græci numeramus, neq; pauciores ut iudæi, quorum utrumq; perniciosum & impium est. Sic igitur sancta sanctorum que à Seraphim teguntur & glorificantur triplici sanctificatione, coeunt in unam dominationem & diuinitatem; qua de re & antè nos quidam disputauit pulcherrimè & splendidissimè. Quoniam uerò non sufficebat hæc diuinitatis perpetua in seipsa consideratio, sed
opor

oportebat transfundi bonum, ut plura essent quæ beneficio afficerentur (hoc enim est summæ bonitatis) primum cogitat de angelicis potentijs & cœlestibus, quæ cogitatio opus erat uerbo completum & spiritu perfectum, ac ita conditi sunt secundi splendores prioris splendoris ministri, siue rationales spiritus, siue ignem quendam materia carentem & incorporeum, siue aliam quandam naturam hisce uicinam animo includamus, Dicere etiam uelim has naturas labi ad maliciam non posse nec quid aliud posse agere quam gratum Deo, utpote quæ circa Deum sint & primum ex Deo fulgeant, (nos enim secundos à diuinitate radios trahimus) sed conuincit me, ut eas non impossibile esse labi, & labi tamen difficulter posse sentiã & dicã, ille ob fulgorem suum Lucifer dictus, qui iam est & dicitur tenebræ ob superbiam: conuincunt me subditæ ei potentiæ quæ unà cum ipso defecerunt à Deo, autores peccati & sibiipsis & nobis. Atq; ita rationalis mundus Deo ex his Angelicis naturis constitit. Disputamus uero de his magnis rebus, ut quidem fieri potest, tenuiter. Cæterum his creaturis benè conditis, cogitat de altero, materiali scilicet & uisibili mundo, qui est ex cœlo & terra, eorumq; quæ in medio sunt compositio laudanda cum propter cuiusq; præstantiam, tum uero propter uenustissimam omnium inter se rerum consonantiam, quæ est hæc unius mundi perfectio;

ctio : ut ostendat Creator se esse tanta potentia, ut non solum propriam sibi & conuenientem, sed etiam toto genere diuersam naturã cõdere possit, Diuinitati enim cognatæ sunt naturæ rationales & sola mente compræhensibiles, sed diuinitati peregrinæ sunt naturæ, quæcunq; in exteriores sensus cadunt, sed illæ multò magis ab hac peregrinæ, quæ anima & motu restituuntur, Sed dicat quis, qui de festo plura dici uelit, Quorsum hæc? nec nos oratione longius euagari patiatur: Explica nobis quæ ad hunc festum diem & hæc sacra pertinent. Atq; id iam fiet, licet aliquanto altius exorsus sim rapiente me desiderio & sermone, Ita mens & sensus inter sese discreta certis terminis continebantur, & opificis λόγος magnificentiam in seipsis efferebant taciti laudatores diuinæ potentia, & clari præcones, nondum autem erat mixtura ex utroq; aut mixtura contrariorum, maius sapientiæ diuinæ indicium, neq; omnes diuitiæ bonitatis Dei notæ erant: quod ut artifex λόγος demonstraret, unum animal ex utroq; uidelicet ex inuisibili & uisibili natura, creat, nempe hominem, corpus fabricans ex materia iam subsistente, à seipso uerò uitam inferens animam scilicet rationalem, quæ est imago Dei, atq; hic est uelut alter mundus, hunc in terram collocat, angelum alium, adorato rem mixtum, inspectorem creaturæ uisibilis, mystam inuisibilis, regem terrestrium, gubernatum cœli

coelitus, terrestrem & coelestem, caducum & immortalem, uisibilem & cogitatione deprehendendum, medium inter praestantissima & humillima. Eundem spiritum & carnem, illum ut in aeternum glorificet conditorē, hanc ut patiat, ut erudiatur de magnitudine beneficiorum Dei. Animal quod hic uiuat, uitam tamen aliam expectet, & tandem conspectu Dei fruatur, eò enim ducit me mediocris ueritatis lux, ut Dei splendorem uideam & sentiam, dignam conditoris sapientia, qui hoc animal in paradysum, quicumq; tandem ille fuit, collocauit. Ornauit autem Deus hominem libertate uoluntatis, ut bonum in homine non minus hominis esset quàm Dei, plantarum immortalium agricolam, nempe, diuinarum cogitationum & simpliciorum & praestantiorum, nudum in simplicitate & genere uitæ, carentem tunica & tegumento, talem enim decebat esse hominem initio. Ut autem constantiam hominis exploret Deus, & uideat quomodo usus sit libertate uoluntatis, sancit legem & praecipit, quibus fructibus ipsi uesci, quibus non uesci liceret, neq; uero lignū scientiæ à Deo insitum est initio malo consilio, neque inuidia interdictum homini, ne disputent hic sophistæ aduersantes Deo, neq; imitentur dolos serpentis. Sed bona erat arbor, suo tēpore accepta, erat, n. quædam speculatio ut mea speculatio, ad q̄ ascendere, nulli nisi perfectissimis datur sine periculo,

C

culo, nequaquam uero rudioribus adhuc & negligentia remissis, quemadmodum neque alimenta solida profunt tenellis infantibus & adhuc lacte egentibus. Postquam uero inuidia diaboli & infelicitate mulieris, in quam ut simplicior ruit, & quæ uiro ueluti ad persuadendum aptior obtulit, (sed pro dolor & primi parentis peccatum meum est) ille mandati diuini obliuiscitur, sequitur hoc amaro gustu omnino ita perditum, hoc pacto simul priuatur ligno uitæ, exterminatur paradiso, & propter peccatum Dei gratia excidit: induit pelliceam tunicam, densiorem fortassis carnem & mortalem, immortalis carnis speciem saltem referentem, ac tum demum suum dedecus agnoscit, sequitur à facie Dei abscondit. Etsi autem se & totam posteritatem in mortem præcipitat, tamen accipit uictoriæ promissionem aduersus peccatum, ne perpetuum hoc malum sit, fitque poena illa diuini erga genus humanum amoris ostensio. Multis uero eruditus propter multa peccata, quæ maliciæ radix protulerat per uarias occasiones & tempora, sermone, lege, prophetis, beneficijs, minis, plagis, aquis, incendijs, bellis, uictorijs, oppressionibus, signis è cælo, aëre, terra, mari, uirorum, ciuitatum, gentium insperatis mutationibus, quibus omnibus peccatum expelli debebat: Tandem ualidiori indiget homo remedio, cum ad hæc summa mala etiam scelera accederent, mutux cædes, adulteria, periuria, furores
mor

mortalium infiniti, quodq; omnium extremum & primum malorum est, Idolatrię, quę eò progressę sunt, ut adorationem à conditore ad creaturas conuerterent. Hi incurabiles humanę naturę in hærentes morbi, nullo alio nisi hoc auxilio curari tandem poterant, aduentum uidelicet Filię Dei. Ipse Dei λόγος qui est ante secula inuisibilis, immensus, incorporeus, ex initio initium, ex lumine lumen, fons uitę & immortalitatis, imago archetypi, immobile sigillum Patris, immutabilis imago, Patris finitio & λόγος, propriam imaginem accipit, carnem induit propter carnem, & rationali animę propter meam animam miscetur, simili simile emundans, & in omnibus excepto peccato homo fit, natus ex uirgine, cuius anima & corpus Spiritu sancto antea mundata erant, oportebat enim hanc natiuitatem tanto affici honore & præferri uirginitatem, prodit itaq; Deus cum assumpta humana natura, una persona, consistens carne & spiritu. O nouam mixturam & inauditam: Qui est, nascitur, qui est increatus, creaturę massam induit, immensus certo loco includitur, mediante anima rationali & corpore, qui diuites facit, inops est, est autem inops propter meam carnem, ut ego ditescam in ipsius diuinitate: perfectissimus humiliatur, cedit enim paululum de sua gloria, ut ego ex ipsius plenitudine accipiam. Quantę sunt diuitię bonitatis illius? quantum est de

C ij me

me illud mysterium & ornatus fuit diuina imagi-
ne, quam non custodiui, accipit igitur & filius Dei
meam carnem, ut & imaginem unã seruet, & ut
carnem immortalitate donet, secundo se nobiscum
communicat, Communicatione omnium sapientiam
excedente, qui initio potiozem partem nobis indi-
derat, nunc assumit etiam deteriozem, quod prio-
ri communicatione, diuinius & maius est. Ad
hæc quid dicent nobis Sycophantæ, qui duriter de
diuinitate disputant, qui laudanda accusant, qui in
lumine tenebris scotent, qui coelestem sapientiam
non intelligunt, pro quibus Christus frustra mor-
tuus est, Ingratæ creaturæ, quos diabolus ipse alit &
quid accusas Deum singularis clementiæ & num
propterea paruus putandus est, quod sese propter
te demittit, quod ad errantem ouiculam uenit pa-
stor ille bonus, qui ponit animam suam pro ouis-
bus, in montibus & collibus, & errantem inuenit,
inuentam in humeros posuit, quibus & crucem
portauit, illamq; acceptam reduxit in coelestem
uitam, & reductam reliquis ouibus annumeras-
uit, quod lumen accendit, suam uidelicet carnem &
domum purgauit, auferens peccata mundi, quod
quæsiuit drachmam, cuius imago regia uicinis in-
quinata erat, conuocat amicas sibi potentias ob in-
uentionem drachmæ, easq; huius gaudij partici-
pes reddit. Quod præcurrens lumen lux sequi-
tur fulgidissima, quod uocem λόγος, quod nym-
pha

phagogum sponſus preparantem domino popu-
lum electum, & purgantem ad ſpiritū per aquam.
Hiſce ne de cauſis accuſas Deum? an ne propterea
eum inferiorem eſſe arbitraris, quod linteo cingi-
tur & lauat pedes diſcipulorum, & hoc modo pro-
bat optimam uiam ad exaltationem humilitatem
eſſe? quod propter animam proſtratam humi,
humiliatur, ut efferat illud, quod in terram à pec-
cato deiectum erat. Illud uero quomodo non ac-
cuſas, quod & cum publicanis cibum capit, &
apud publicanos, eoſq; inſtituit, ut & ipſe non ni-
hil lucretur, nempe peccatorum ſalutem, ac ſi quis
Medicum accuſet quod inclinat ſe ad ulcera, ſuſti-
netq; foetorem ut laborantibus ualeitudinem reſti-
tuat, aut ſi quis hominem inclinantem ſe ad ſter-
cus humanitate quadam, ut pecus in illud colla-
pſum, iuxta legem, eripiat. Miſſus quidam eſt
ſed ut homo, eſt enim in eo gemina natura quoni-
am laborauit, eſuriit, ſitit, luſtatus eſt, & fleuit, ut
fit in corporibus. Sed quid impedit quo minus
et in quantū eſt Deus miſſus eſſe dicatur, uolunta-
tem patris arbitrare eſſe hanc legationem, ad illum
Filius omnia ſua refert honorans principium
tempore carens, nec illi unquam aduerſari uideri
debet. Siquidem & utrūq; dicitur, q̄ traditus ſit et
q̄ ſeipſum tradiderit: Scriptum eſt & utrumq;, &
quod à patre excitatus & aſſumptus ſit, & quod ſe-
ipſum excitauerit aſcenderitq; ruruſus: quorum il-
C iij la ſunt

la sunt uoluntatis, subiicientis se patri, hæc potentia filij. Tu uero quæ ad imminutionem domini pertinent profers quæ ad laudem omittis? Quod passus sit ratiocinaris, quod uero uolens non adijcis? ut etiam hoc tempore λόγος patitur: ab alijs honoratur ut Deus, ab alijs ut caro ignominia afficitur & negligitur, quibus irascatur magis, aut quibus remittat colligantibus aut separantibus malè, etenim illos discernere numero decebat Filium Dei & hos annectere eundem diuinitati. Offenderis autem forsitan illius carnis specie? id & ludæis usu uenit, aut etiam Samaritanum eum uocas? tacebo enim reliqua. Non credis diuinitati? Id neq; diaboli faciunt, o magis diabolo incredule, & ludæis indoctior, quorum hi cognomen filij Dei arbitrabantur esse eiusdem honoris uocem, illi expellentem Deum nouerant edocti suo malo, quod ipso mandante sustinebant, sed tu neq; æqualitatem accipis neq; confiteris eius diuinitatem: satius erat tibi circumcidi, aut à malo spiritu agitari, q̄ in præputio & sanitate impiè de Deo sentire: Quin & paulo post uidebis Iesum mundari in Iordane qui est mea munditio, ac potius uidebis eum sua mundatione sanctificantem aquas (non enim mundatione egebat, is qui aufert peccata mundi) diuiduntur cœli, testatur spiritus cognatus de ipso, tentatur, uincit, ministeria angelorum habet, sanat omnem morbum & omnem imbecil

becillitatem, & uiuificat mortuos, inter quos uti-
nam & nos simus, & te peccato mortuum, malos
spiritus expellit, alios ipse, alios per discipulos, pau-
cis panibus aliquot myriadas alit, pedes per mare
ambulat, proditur, crucifigitur, & crucifigens una
meum peccatum, uelut agnus ductus ad mactatio-
nem, & uelut sacerdos adducens, uelut homo sepe-
litur, ut Deus excitatur, ascendit, & in gloria re-
uertetur. Quantas uero panegyres si singula
uelim commemorare instituum Christi myste-
rijs? quorum omnium unum est caput, mea per-
fectio & instauratio, & ad primum Adam redi-
tus, iam uero percipe natiuitatem saluatoris &
subsilias, si id non potes prestare ut Iohannes in
materno utero, mutare Dauidem, qui exilijs gau-
dio in reductione arcæ fœderis: descriptionem
hunc adora qua in cœlo transcriberis: natiuita-
tem maximi facito, qua ex uinculis natiuitatis libe-
raris: paruam Bethlehem honora, quæ te in para-
disum reducit: adora præsepe per quam ratione
cum careres à λογῶν enutritus es: agnoscas ut bos
possessorem tuum quod Iesaias iubet, & ut asinus
præsepe domini tui, siue ex mundis animalibus es,
quæ lege præcipiente ad uictimam idonea sunt, si-
ue ex immundis adhuc, nec aptis ad sacrificia, sed
ex Ethnicis: una cum stella accurre, unâ cum Ma-
gis dona adfer, Aurum, Thus, & Myrrham, ut
Regi, ut Deo, & ut propter te morienti, Cum pa-
storibus

storibus glorifica, cum angelis choreas ducito, cum archangelis hymnos canito, sit cōmunis dies festus cōlestium & terrestrium uirtutum. Non enim dubito quin angeli unā nobiscum exultent, & hunc diem festum agant, cum humani generis desiderio teneantur, & Deum rectissimē colant, quemadmodum cōlestium potentiarum aliquid quas introducit Dauid, post passionem unā ascendentes cum Christo, & occurrentes, & inter se iuuententes, ut eleuentur portæ, unum tantum oderis, ijs quæ circa hanc natiuitatem fiunt, Herodis sceleratam in mactandis infantibus: eam uero mactationem uenerare potius cōequalium Christo, qui ante illam uictimam interficiuntur: hic si in Ægyptum fugiat, exilij comes esto, Sanctus exul eris, si cum Christo exules: si in Ægypto moretur, ex Ægypto eum uoces, ibi rectē inuocatum. Omnium ætatum Christi imitator esto: ut eius discipulus, castus sis, circumcidere, in templo doceto, uenditores & emptores è templo expellito: lapidationes sustine, si necesse sit, effugies enim certē insequentes, etiam per medium eorum ut Deus, λόγος enim non lapidibus obruitur: Si adduceris ad Herodem, paucis respondeo, qui reueretur potius tuum silentium quam aliorum loquacitatem: si flagris cæsus eris, reliqua etiam inquire, gusta fel, acetum bibe, insipientium iniurias excipe, excipe & colaphos, spinis coronator, ærumnosa, uidelicet
uita

uita, quam p̄i agunt, indue uestem coccineam,
accipe arundinem manibus, perfer adorationes
irradientium: deniq; unā crucifigere, unā morere,
unā lubentī animo sepelire, ut & unā cum ipso re-
surgas, unā glorificeris, & unā regnes, Deum in-
spiciens, quantum inspicī potest, qui in Trinitate
inuocatur & glorificatur, quem & iam rectē agno-
scere optamus quantum quidem fieri potest, in his
carnis uinculis in Christo Iesu domino nostro, cui
sit gloria in sœcula, Amen.

COMMEMORATIO HI-
STORIÆ IOHANNIS
EVANGELISTÆ.

Multæ sunt causæ propter quas sanctorum ho-
minum uitæ & doctrinæ cognoscendæ sunt,
quarum hæc non est postrema, ut uideamus quo-
modo quibus doctoribus, quibusq; miraculis cle-
mentissimus Deus, pro infinita sua in genus hu-
manum misericordia Ecclesiam inter uarios mun-
di fluctus defenderit, conseruauerit, atq; etiam, ne
interiret penitus, propagauerit.

Agnoscamus enim huius beneficio, quicquid
reliquum est in Ecclesia, superesse, sicut inquit Esa-
ias: Nisi Dominus reliquisset nobis semen, sicut
Sodoma & Gomorrha facti essemus. Videbimus
etiam in historia Ecclesiastica, quòd eadem uox
doctrinæ cœlestis semper apud pios & ueros Dei
D cultor

cultores sonuerit, quæ adhuc hodiè sonat de gratuita remissione peccatorum credentibus propter Semen mulieris, Seruatorem uidelicet generis humani, Iesum Christum, Deum & hominem promissum & exhibitum, gratis danda. Deinde & si Speculum nostrarum actionum in Lege diuina nobis ob oculos positum est: tamen hæ sunt uiuæ imagines, quæ nobis non tantum referunt, quomodo piè in Christo Spiritus sancti auxilio in uera fide & conscientie integritate uiuendum sit: sed docent etiam, quod mirando consilio DEVS nos regat in hac lacrimarum ualle, quod uarijs ærumnis probè excitatos eripiat & in medijs malis regat, sicut scriptum est, Deus mirificat sanctum suum. Faceat autem hinc Idolatria, faceat inuocationis cultus, qui impiè mortuis attributus est, & adhuc à plurimis, prohi dolor, tribuitur, plus malicie & impietatis studio, quàm inscitia aut errore, hoc scilicet tempore, quo, Deo gratia, cœlestis ueritatis lux uicissim accensa est, & in uniuersum terrarum orbem radios suos extendit. Mandatum diuinum est: Non habebis Deos alienos. Tribuere autem omnipotentiam mortuis hominibus aut audiendi nos aut iuuandi, quantus quæso furor est? Sed ad rem ueniamus. De Iohanne enim Euangelista, quæ cognoueramus, eramus dicturi. Natus est ex regia stirpe, hominibus mediocriam fortuna & uera pietate, patre Zebedæo piscatore,

scatore, et matre Salome: habuit fratrem Iacobum.
Incidit autem in felicissimam illam ætatem, qua
ipse Filius Dei, indutus humanæ naturæ massa
inter homines uiuebat & uersabatur: Nec in
eam tantum incidit, sed nactus est etiam eundem
doctorem unâ cum fratre, cui fuit homo admo-
dum adolescens cum propter suauitatem morum,
tum propter uitæ castæ sanctimoniam omnium
carissimus. Verum post passionem & resurrectio-
nem Domini, ut scribit Nicephorus, sanctissimam
matronam uirginem matrem Domini, domi suæ,
quã ad Sion habebat, apud se aluit, eiusq; dum ex
hac uita euocaretur, ut filius matris, sedulo curam
egit. Recitat annos Mariæ uirginis Euodius, quòd
tempore resurrectionis filij fuerit annorum xlvij.
& fuerit deinde superstes annos undecim: Hi an-
ni constituunt ætatem Mariæ, annorum scilicet
lix: quibus completis, cum uidisset initia Eccle-
siæ colligendæ usq; ad finem mundi Filio, ne pã-
triæ impendentes pœnas & ruinas contemplare-
tur, Deo iubente ex hac uita ad consuetudinem Fi-
lij commigravit. Sed antequam Iohannis histo-
riam pertexam, illud obiter inseram de Iacobo fra-
tre Iohannis: Is docuisse in Hispania traditur, de-
inde reuersus domum, tempore Claudij, ut scribit
Eusebius libro secundo, interfectus est iussu He-
rodæ Agrippæ. Dum uocatur ad mortem, mi-
nister, qui eum uocabat, uiri oratione inflexus, sta-

D ij tim

tim ad pœnitentiam se conuertit, cui Iacobus his
uerbis remittit peccata: ἐπιών σοι ἔστω. Ita uterq; ala-
cri animo ad supplicium pergunt, & martyrio suo
se & uerum colere Deum & certo futuram uitam
expectare, testantur. Ad Iohannem Euangeli-
stam redeo. Is post fata uirginis uenit Ephesum, de
qua quidem pluribus dici posset. Fuit autem urbs
loniæ celeberrimæ, maritima, Iconiorum regum
sedes, condita, & ut ex Pherecide tefert Strabo, ab
Antroclo Codri Atheniensis filio, cuius constructio-
nis tempus incidere affirmant in annum mundi
2900. & gubernationem regis Dauidis. Dicta est
uarijs nominibus olim. Nam Troianis temporis
bus uocata est Alopes, mox Ortygia & Morges,
Samornion & Ptelea, Atq; etiam Smyrna, ab
Amazonum regina, quæ gubernauit Ephesum,
hinc sunt qui eam ab Amazonibus conditam cre-
dant. Scribit Dionysius in descriptione orbis
Ephesi ab Amazonibus ædificatum esse templum
Dianæ, quæ præsit uenationibus & iaculis: Et uo-
catur sæpè à Poëtis ἐλαφιβόλος ἰσχεῖρα, quæ poste-
rior uox à Iareah, quod Hebræis Lunam denotat
deducta uideri potest. Situs est eiusmodi, Ad
occidentem est mare Icarium, ad orientem Pam-
phylia, ad meridiem Lycus, ad septentrionem Ca-
yster poëtis ex oloribus notissimus. Cæterum
oportunitas loci & portus aperuit ibi mercaturam
floquentissimam. Fuit autem ibi colluies & lerna
malo.

malorum plurimis de causis & quia Idolatricus
cultus ibi erat, & quia imposturæ sunt infinitæ in
contractibus. Adde quod & Asylon ibi fuit in
templo Dianæ, de quo apud Plinium plura, quo se
ueluti in tutissimum receptum sceleratissimi nebu-
lones & alastores reciperent. Nec prætereo eorum
artes Magicas, quæ nomē dederunt prouerbio:
Ephesiæ literæ. Vt autem benignissimus pater do-
mini & redemptoris nostri Iesu Christi ex fecibus
totius generis humani sibi colligit æternam Eccle-
siam: Ita ex hac quoque turpissimorum hominum
colluuiē excerpit quosdam ineffabili misericordia:
Mittit Ephesum præstantissimos duos doctores,
organa gratiæ lectissima, Paulum & Iohannem,
Actorum xi x. Scribitur Paulo doctore egregiē
reuisse ueram pietatem abolita idolatria & ma-
gia, ita ut in conspectu omnium combusti sint li-
bri magici, quàm plurimi, quorum precium æsti-
matum sit aureis 5600. *Ἐφροπ γὰρ ἀργυρίῳ μυριάδ' αὐτῶν πέντε.*
Hanc mutationem, ut fit, secuta est seditio maxi-
ma, cuius autor extitit Demetrius aurifaber, qui
concitauit eō plurimos è stulta plebecula, ut clami-
tando triumphum agerent: Magnam scilicet esse
Dianam Deam. Contra hos & uulgi & poten-
tiorū furores tamen ueritas emicat, & ut in textu
ipse Demetrius conqueritur non solum Ephesi sed
& in tota Asia Dianæ idolatria concidit. Qua in
re Iohannes Euangelista etiam tantum præstitit, ut

D iij fundi.

funditus templum euerterit, eius doctrina quæ fu-
erit ex ipsius scriptis manifestum est. Habuit cer-
tamina & cum alijs hæreticis, & cum Ebione ac
Cerintho. Ita enim fieri solet, ut diabolus quam-
primum ueritatis splendorem effulgere animad-
uertit, suas inducat etiam orbi terrarum tenebras
usus uiua perditissimorum hominum uoce. Ebion
contra diuinitatem Mediatoris disputauit: τὸν κύ-
ριον ἰησοῦν χριστόν, ὃς ἰωσήφ καὶ μαρίας ἔφησε γεννηθῆναι, ἀνθρώπου
μὲν ὄντα, ἀρετῆ δὲ καὶ καθαρότητι διαφέροντα. Affirmauit
idem, ut refert perspicuis uerbis Eusebius, homi-
nem non iustificari sola fide (unde apparet hanc
phrasin loquendi etiam antiquissimis in Ecclesia
usitatam fuisse) sed potius operibus Mosaicis.
Porro Cerinthus cum plurimum in philosophia et
reliquis artibus profecisset, hac facultate & hisce
donis cœlestibus aduersus Deum abusus, cum re-
uerteretur in Asiam, effudit suum uenenum, eoꝝ
infecit plurimos. Hic præterquam quod negabat
diuinitatem nostri Saluatoris, insuper quoꝝ plu-
rima ineptissima & absurdissima affingebat: Nu-
gabatur sese reuelationes quasdam cœlestes uidis-
se: De regno Christi aiebat: id futurum terrestre,
uoluptatū copia undicꝝ diffluens, quando nuptiæ,
sacrificia ac dies festi essent celebrandi Ierosolymis,
ac futurum mille annorum, quæ posteriora men-
dacia ipsa tandem dies sustulit. Vtrunꝝ autem
refutauit Iohannes, eiusꝝ rei gratia scripsisse histo-
riam

riam Euangelij, ut narrat diuus Hieronymus, perhibetur. Domitiano persecutionem contra Christianos instituyente in Patmum Insulam, quæ est una Cycladum, (quæ sunt in mari Myrtoo, scilicet Samos, Icaria, Patmos, Leria, Claros &c.) relegatus est anno Domitiani xiiiij. Deinde sub Nerua exilio reuocatus Ecclesias Ephesinam & Asiæ gubernauit & rectè instituit. Reliquit discipulos plurimos uiros prestantissimos, quorum præcipui numerantur Ignatius & Polycarpus. Refertur & miraculum edidisse in resuscitatione puellæ: Quod narrat Eusebius de adolescente à latronum sodalicio ad poenitentiam retracto, sæpè contra Nauatianos citatur, qui lapsos ad poenitentiam non recipiendos esse contendebant. Hæc breuiter de S. Iohannis uita comprehendit: Placidè sub Traiano Ephesi ex hac mortali uita in consuetudinem beatorum decessit in extrema senectâ cum docuisset circiter lx. annos, uixisset, ut plerique numerant post resurrectionem Domini lxviij. Ac totum eius uitæ spacium annorum nonaginta numeratur.

FINIS.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Gre
go:
rii
Na:
3ia:
3ei
gra
ho
Jof:
Wu
rtz
ber





funditus templum euerterit, eius doctrina
erit ex ipsius scriptis manifestum est.
tamina & cum alijs hæreticis, & Cerintho.
Ita enim fieri solet, ut primum ueritatis
splendorem uertit, suas inducat etiam orb
usufusus uiua perditissimorum. Ebion
contra diuinitatem Med...
ριον ἰησοῦν ἄριστον, ἢ ἰωσήφ καὶ
μεν ὄντα, ἀρετῆ δὲ καὶ κα...
idem, ut refert per... Eusebius, homi
nem non iustificat... unde apparet hanc
phrasin loquens... quissimis in Ecclesia
usitatam fuisse... operibus Mosaicis.
Porro Cerin... trimum in philosophia et
reliquis... et, hac facultate & hisce
donis co... ersus Deum abusus, cum re
uerter... effudit suum uenenum, eoque
infe... Hic præterquam quod negabat
di... tri Saluatoris, insuper quoque plu
ma & absurdissima affingebat: Nu
reuelationes quasdam coelestes uidisse
no Christi aiebat: id futurum terrestre,
cui copia undique diffluens, quando nuptiæ,
cia ac dies festi essent celebrandi Ierosolymis,
aturum mille annorum, quæ posteriora men
cia ipsa tandem dies sustulit. Vtrunque autem
refutauit Iohannes, eiusque rei gratia scripsisse histo
riam

